Franciscus Candidus Comes de Tęczyn Ossolinski Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Kijoviensis et Czerniechoviensis &c.

Perillustri et Reverendmo Dño Cajetano Josepho Rosciszewski Decano Cathedrali Kijovien: Canonico Vilnensi Nobis in Xto Dilecto Salutem in Dño. Spirituali Consolationi et Commoditati Tuae quantum in Domino consulere possumus Fraternitatemq' Tuam Spiritualibus prosequi Favoribus Cupientes, ut Liceat Unicuiq' Presbytero tam Saeculari quam Regulari non tamen Vago Excommunicato, Suspenso aut quomodolibet a Jure vel Homine prohibito in Oratorio Civitatis Makarow ad id decenter extructo debite adornato et ab usu profano penitus Segregato, Sacrosanctum ac Tremendum Missae Sacrificium citra tamen Praejudicium Ecclesiae Parochialis, super Altari Mappis tribus condecorato Portatili Consecrato non fracto nec violato, sed integro superimposito et proviso ne ibi aliquod evidens suboriatur periculum vel Canonicum obstet impedimentum Candelis Cereis accensis, Locoq' Oratorij Aqua Benedicta asperso et alijs Ceremonijs juxta Ritum Sacrae Romanae Ecclesiae observari solitis et observatis Unum duntaxat Diebus Feriatis et Dominicis in Exigentia vero etiam Secundum, Festis autem Nativitatis Christi Dni, Circumcisionis Resurrectionis Pentecostes Ascensionis, Corporis Christi Solemnioribusq' B.V.M. Sanctorumq' Petri et Pauli Apostolorum S. Joannis Baptistae atq' alijs fusius in Rubricella Dioecesana adnotatis, in quibus Celebratio Ejusmodi prohibetur exceptis in praesentia Tui Familiaeq' Tuae Domesticae Celebrare Celebrariq' facere et procurare Authoritate Nostra Ordinaria plenarie indulgemus et facultatem damus ac Concedimus praesentibus hinc ad decursum Trium annorum tantum Valituris &c. In quorum Fidem Datum Zytomiriae Die 6ta Aprilis 1774to Anno.

F. Eppus m. p.

Gervatius Prus Pocharzewski Actorum Consistorij Gnalis Kijovien: Notarius m. p.